in mari eleuat. Juxta illud .iij. Reg. xviij. Ec=
ce nubecula parua aſcendebat de mari. Sic et
ſpūſſanctꝰ quos repleuit eleuat a terrenis ⁊ cō
temptu terrenorum ad cōtemplationē eterno=
rum ⁊ ſupernorū. Juxta illud Ezech. viij. Ele=
uauit me ſpiritus inter celum ⁊ terrā. ideo dixit
Fortunatꝰ in omel. Eos quos ſpūſſanctꝰ humi
les inuenerit ad alta felicitatis beatitudiniſq;
ſuſtollit. Secundo ſicut nubes refrigeriū pſtat.
Sic ſpūſſanctꝰ refrigerat cōtra incentiua vitio
rum. vñ angelus dixit Marie Luc. j. Spūſſan=
ctus ſupueniet in te. ⁊ virtus altiſſimi obumbra
bit tibi. id eſt. ab omni eſtu vitiorū te refrigera
bit. Tertio ſicut ex nube pluuie generant. Sic
ſpirituſſanctus reſoluit animam in abundantiā
lachrymarum ſiue in compunctionē ſiue ī ora
tionem. Juxta illud ad Roma. viij. Nos primi
tias ſpiritus habentes. id eſt. ſpiritumſanctum
in maiori plenitudine et ipſi intra nos gemimꝰ.
Modo ad propoſitum ſicut deus deduxit fili=
os iſrael per columnam nubis de egypto exeū=
tes verſus terram promiſſionis. Sic deus pat
⁊ deus filius deducet nos de egypto huiꝰ mun=
di ad terram que fluit lacte chriſti humanitatis
⁊ melle ſuauiſſime deitatis precedente nos ſpi=
rituſancto. Ipſe enim ſpirituſſanctus deducit
egredientium animas ne in infernū cadant eas
tenendo. Juxta illud pſ. lxxij. Tenuiſti manū
dexteram meam. et in voluntate tua deduxiſti
me ⁊ cū gloria ſuſcepiſti me. Deducet eas de=
niq; ne in purgatorium circumeant ipſas beni=
gne dirigendo. Juxta illud pſ. xxij. Deduxiſti
me per ſemitas iuſticie. vbi dicit gloſa. per ſemi
tas iuſticie ducitur qui ad regnum ſine purga=
torio trāſit. Deducit ipſas vltimo ne in via dia
bolum videant eas pie cuſtodiendo. vellet enī
diabolus animas ſanctas in via deterrere ſi nō
in pace ſpirituſſancti deducerentur. Ideo dixit
Eſa. lx. In leticia egredimini de corporibꝰ ve=
ſtris. O anime ſancte. Et ī pace deducemini ſci
licet in vitam eternam ad quam nos perducat.

Feria tertia pentecoſtes.
Sermo ſecundus.

AMen dico vo
bis qui non intrat per hoſtium in
ouile. ſed aſcendit aliunde hic fur
eſt et latro. Qui autem intrat per hoſtium pa=
ſtor eſt ouium. huic hoſtiarius aperiet et oues
vocem eius audient. Joh. x. Eſt commune pro
uerbium. Non omne quod ſplendet in igne eſt
aurum. quia cuprum in igne diſſolutum ſplen=
det. et tamen aurum non eſt. Sic etiam. Nō om
ne quod in mari videtur inſula vel mons eſt.
Quia refert autor proprietatum libro. xvj. ca.
de piſcibus. Quod cetus poſtq̄ ſenuerit nititur
in mari quieſcere ⁊ ex quiete ſine motu facta p
multos annos ex ebulitione maris et pulueri=
bus maſſa terre ſuper eo congregatur. et tunc
ibi frutecta creſcunt. Quod naute videntes ſpe
rant ibi bonum fundum haberi ⁊ montem eſſe
applicant ſe cum nauibus ſuis. ⁊ ignem compo
nunt ad cibaria decoquenda. quem quidē ignē
cetus per maſſam terre preſentiens cedit ⁊ om=
nes ſubmergit. Et q̄ hoc ſit verum ſcribit Vin=
centius in ſpeculo hiſtoriali libro. xxij. capitu=
lo. lxxxxviij. Dum ſanctus Brandanus alias
dictus Matures in mari nauigaret accedente
die paſce vidit quandam inſulam ſuper cetum
et nauim applicauit. ibiq; miſſam celebrauit.
Cunq; miſſam caneret. et ad dominicam oratio
nem perueniſſet. tota inſula commota eſt. belua
illa ſe mouente. Timentes igitur ſe mergēdos
clamauerunt. vir autem dei ſtans imperterri=
tus finiuit miſſam. et poſt ſocios confortare ce=
pit. tunc diffugientibus cunctis ad nauim ſtanſ
in oratione ſe proſtrauit. rogans dominum vt
cetum illum immobilem faceret. quouſq; con=
gregatio fratrum euaderet. quod et factum eſt
Ex his patet q̄ aliquando videtur aliquid ſplē
dere tanquam aurum. et eſſe velut mons. cum
tamen neq; aurum neq; mons extet. Ita etiam
eſt moraliter in ſancta eccleſia in qua quidam
apparent magni velut montes per fictam ſan=
ctitatem. ita vt in iudicio humano videntur ele
cti. cum tamen in conſpectu altiſſimi ſint repro=
bati. Quia dicit Gregorius et ponitur. xj. q. j.
capitulo. Sacerdotibus. Multa inquit ſunt q̄
homines de iudicio dei ignorant quia fortaſſis
que vos laudatis ille reprehendit. et que vos
reprehenditis ille laudabit. ⁊ hoc probatur in
figura. j. Regum. xvj. vbi legitur q̄ dominus
miſerat Samuelem iniungere regem vnum de
filijs Yſaie veniens ergo Helias vidit primoge
nitum procerum corpore et pre alijs pulchrum
quem in regem vngere voluit quaſi electum.
et dominus ad Samuelem. Non inquit reſpi=
cies vultum eius neq; altitudinem ſtature eius
quoniam abieci eum. Ex quo patet q̄ iudici=
um humanum interdum fallitur quo ad ele=
ctionem. Sed nouit deus ſolus qui intuetur
cor qui digni ſunt et quibus voluerit miſeri=
corditer reuelare. Ponit tamen dominꝰ in pñti
vex ſignū p qð cognoſcere pōt qlibet electum

videlicet qui intrat per hoſtium. id eſt. chriſtuꝫ in ouile ouium. qui autem aſcendit aliunde electus a deo non videtur. Et hoc eſt ꝙ dicūt verba preaſſumpta. Amen dico vobis qui non intrat ⁊c̄. In quo quidā euāgelio duo tanguntur primo parabole propoſitio ibi. Qui non intrat ſecundo ipſius expoſitio ibi. Ego ſum hoſtium

B Circa hoc notandum. ꝙ per ouile de quo euangelium facit mentionem intelligere debes quālibet eccleſiam beneficia et prebendas continētem in qua diuerſi diuerſimode intrant tanꝙ̄ ꝑ varia hoſtia. Quidam enim intrant in ouile eccleſie per demonum procurationem. Sicut refert Robertus Holcot lectione. clxxix. de duobus quorum primus fuit papa Silueſter q̄ prius dicebatur Gerbertus. Hic primo fuit monachus floriacenſis cenobij et poſtea apoſtotauit ⁊ diaboli obſequijs et arti magice ſe penitus obligauit in tantuꝫ ꝙ fecit ei homagiū tali pacto vt omnia ei ad nutum venirent. procuratiōe igitur diaboli eiuſq̨ auxilio promotus et ſuffultꝰ. factus eſt primo archiepiſcopus remenſis et poſtea rauenenſis. et tandem papa romanus. et demum queſiuit a diabolo q̄diu viueret ī papatu. reſponſum eſt ei ꝙ q̄diu non celebraret in quodam loco rome qui hieruſalem dicitur. ⁊ eſt in lateranū. contigit vt ibi celebraret ⁊ ex ſtrepitu demonum mortem ſibi ſenſit adeſſe. Suſpirauit ergo et ingemuit ⁊ licet ſceleratiſſimus nullatenus tamen deſperauit. ⁊ in hoc valde ſapienter egit. quia dicit Celeſtinus papa. xxvj. q. vj. c. Agnouimus. Horremꝰ inquit fateor tante impietatis aliquem reperiri vt de dei bonitate deſperet. igitur coram omnibus peccatū cōfeſſus eſt ⁊ membratim diuidi corpus ſuum iuſſit ſeu ordinauit vt omnia illa membra amputarentur quibus demones adorauerat. Truncuꝫ vero mortuum ſuper bigam iuſſit imponi ⁊ vbicuq̨ illa animalia currentia ſiſterēt ſepeliri deberet. deo vero ſignum euidens oſtendente aīalia corpus illud in eccleſiam lateranenſem trahūt In cuiꝰ ſepulcro adeo ratuꝫ habetur ꝙ tumultu oſſium ⁊ ſudore pape prebetur preſagiū morituro. ⁊ hec habentur in cronica fratris Martini. Secundus qui etiam intrauit in ouile eccleſie per demonis procurationem non nominat̄ qui ſe propter honores conſequēdos arti magice ſe dedit. tandem procurante diabolo factꝰ eſt epiſcopus. hic cuꝫ multos haberet aduerſarios et eſſet in quodam caſtro ſuo de quo multum confidebat et cum plurimum timeret cōſuluit demonem ſuum ſub hac forma. fugiam vel non? reſpondit demon. Non ſta ſecure venient inimici tui ſuauiter ⁊ tibi ſubdentur. Accedunt ergo hoſtes et caſtrum rapiunt ⁊ ſuccendunt.

Inuocauit ergo demones in extrema neceſſitate queſiuit quid faceret ⁊ quare euꝫ ſic finaliter feuelliſſet? reſpondit demon ꝙ euꝫ non decepit ſed verum dixit. ſi dictum ſuum intellexiſſet. dixit inq̄. non ſta ſecure. id eſt. fugias. venient inimici tui ſuauiter ⁊ ſubdent tibi vꝛ. id eſt. ignem Et ſic ipſum vltimate deceperunt qui per hoſtium diabolice procurationis in ouile ſancte eccleſie peſſime intrauit.

C Secundi intrant in ouile eccleſie per numerum largitiones. vt omnes qui mediante pecunia intrant in religiones. qꝛ ſimoniacum eſt et peruerſuꝫ. ideo dicitur extra de ſtatu mo. c. monachi. Monachi non precio recipiantur nec peculium permittantur habere Si quis enim exactus pro ſua receptiōe aliq̄d dederit ad ſacros ordines non aſcendat. Is vero qui eum recipit officij ſuſpenſione mulcetur. dicit enim Raymundus. Si monaſterium eſſet adeo tenue et paupertate depreſſum. vtputa ꝙ redditus non ſufficerent perſonis preſentibus, non ſolum poſſunt intentionem habere ſed etiam poſſunt dicere. non ſufficiunt nobis temporalia libenter te reciperemꝰ ad ſpiritualia. Sed ad temporalia non niſi haberemus plures poſſeſſiones et tunc ille offerat ſe ⁊ ſua. Sed decretalis allegata videlicet monachi. poteſt intelligi cum monaſterium abundat. et tunc non debet recipere quenq̄ ſub illa forma. recipimus te in fratreꝫ ſi attuleris vnde viuas. quia eccleſie bona non ſufficiunt niſi nobis. vt extra de ſimoni. ca. tua. In monaſterijs etiam monialium non mendicantium non debent recipi niſi que poſſunt de prouentibus monaſterij ſuſtentari abſq̨ penuria alias nulla eſſet receptio. vt extra de ſtatu monacho. et canoni. regula. periculoſo. §. Sane ſ libro. vj. Item clericus ſecularis dans pecuniam pro eccleſie prebenda male intrat ⁊ ſimoniam committit. vt. j. q. iij. per totum. Item intellige ſi pater daret pecuniam vt filius beneficium habeat. Sed diceres quid ſi pater emit beneficiū filio ignorante? nūquid ſimonia reputatur? reſpondet Huguitio. j. q. j. Conſtat. Si filius ignorat ꝙ pater dedit pecuniam aut aliquod aliud munus pro eccleſia vel altari non peccat nec ei imputatur quantum ad reatum. et ſi ſtatim vt cognoſcat dimittit excuſatur ⁊ ex miſericordia tollerat̄. Si autem poſtq̄ ſciuerit non dimittit peccat. et tanq̄ ſimoniacus directe ſm̄ canones eſt deponendus.

D Item prelati qui dant potentiam et vſum clauium eccleſie pro muneribus et temporali mercede frequenter ⁊ domini terreſtres qui eccleſiam vnicam ſponſam chriſti ⁊ beneficia vendunt multum deum offendunt. Quod patet ex illo quod dicit Holcot lec. cxxxj. Ipſe enim in

ſuo aduētu venit in carne iudicari nō iudicare.
venit peccata tollere non punire. ad oſtenden-
dam clementiam non vindictam. tamen contra
peccatum ſimonie ita fremebat. ꝙ quaſi oblitꝰ
innate manſuetudinis non examinans cauſam
ſed obiurgans ſtatim ad puniendum ſe dedit.
Nam Joh. ij. Matth. xxj. dicitur. ꝙ facto fla-
gello de funiculis eiecit emētes ⁊ vendentes de
templo ⁊ menſas nūmulariorū. es ⁊ cathedras
vendentium columbas euertit qui ſimoniacos
figurabant. Et dixit eis. Scriptum eſt enī. do-
mus mea domus orationis vocabitur. vos au-
tem feciſtis eam ſpeluncam latronum. nec mirū
ſi contra tales ſic exarſit. Nam ipſi chriſtum ex
pellunt de ſuo officio. chriſtus enim hic hoſtiū
ſe dicit. ego ſum hoſtium. Nolēs ꝙ aliquis ī ec-
cleſiam. id eſt. eccleſiaſticam dignitatem intret
niſi per chriſtum. Iſti ergo prelati mali q̄ expel
lunt chriſtū de ſuo officio facientes pecuniā eſſe
hoſtiū ⁊ nō chriſtum ſimiles ſunt ſimoni mago.
Cui dixit Petrus Act. viij. Pecunia tua tecum
ſit in perditionē. quia exiſtimaſti donum dei pe
cunia poſſideri. nec eſt certe aliqua perſona ita
parui valoris quin ſibi magnā contumeliam iu-
dicaret inferri que ſi duceret̄ de foro ad forum ⁊
vbiq; offerretur venalis. quanto magis ſponſa
chriſti eccleſia. ideo chriſtꝰ ꝓ ſponſa offenditur
que viliſſimis ribaldis ad emendum offert̄. nūc
in foro pape. nūc in foro regis ſiue ꝑncipis vel
alterius domini ſecularis. talis merito fur ⁊ la-
tro debet vocari. Si enī vocatur ille fur vel la-
tro ⁊ ſacrilegus qui furatur calicem vel librum
ſacrum de eccleſia multo magis ille qui totā fu
ratur eccleſiam. ⁊ omnia bona eius domino eiꝰ
inuito. Quantum contemptum ⁊ damnum face-
ret aliquis regi qui in camerā introduceret ſer-
pentes. buffones. ⁊ vermes immūdos. Sꝫ cer-
te iſti venditores in eccleſiam dei introducunt
callidos verſutos plenos veneno peccati adu-
latores predones ⁊ latrones qui reptilia ver-
mes magis q̄ hoīes nūcupant̄ ſeu dici poſſunt
Et ſicut maximū damnū fieret homini ſi ſpōſa
ſua ſic ꝑ artem magicā incantaret̄ ꝙ loco ꝑſōs
humane ꝓduceret talpas ſerpētes ⁊ aſinos cor
nutos. Ita ſic fit ex parte iſta. irrecōpenſanti-
bus damnū eccleſie. ꝑ eccleſie venditores. Qñ
enim aliquis auarus qui totus īheret terrenis
in eccleſia canonicat̄ vel preficit̄ in cura. pñt fi-
lij eccleſie dicere mater noſtra ꝓ fratre noſtro
peperit nobis talpam. Qñ ponit̄ in eccleſia ma
ximus rixator vel bellator poſſunt dicere mat̄
noſtra genuit nobis vnū ſerpentē. Et qñ prefici
tur vnus epus illitteratꝰ vel laicꝰ pñt dicere me
rito ꝙ eccleſia peꝑit vnū aſinum cornutū. dicit
enim btūs Augꝰ. Per. lxx. annos babylonice

captiuitatis durauit fax ignis quā Hieremias ab
ſconderat qui tunc primo extinctus eſt quando
antiochus vendidit ſacerdotium Jaſoni. vt pa
tet. ij. Mach. iiij. De illis malis venditoribus
exponi poteſt illud Johel. iij. Poſuerūt puerū
in proſtibulo ⁊ puellaꝫ vendiderūt ꝓ vino vt bi
berēt. Per puerū ſubaudi chriſtū. De quo Eſa.
ix. Puer natꝰ eſt nobis. hic ponit̄ in ꝓſtibulo qñ
eccleſia ſancta confertur vni lubrico ⁊ luxurio-
ſo. Et per puellam intellige eccleſiam que ē vir
go ſine ruga ⁊ hec vendit̄ ꝓ vino qñ honor ec-
cleſie confertur in guloſo. Tertij intrant ouile
ſancte per procuratorum reſignationes. poteſt
enim curatus quilibet cum ſit ſenex vel debilis
renunciare eccleſie. vt extra de renun. Niſi cuꝫ
pridem. et hanc eccleſiam poteſt cum licentia
patronorum alij idoneo reſignare. videat autē
ille qui bene ad tale regimē intrat. ne circa hoc
negligēs exiſtat quia legitur in li. apum. c. ij. ꝙ
Bruno in partibus theuthonie ī opido magno
quod mons martis dicitur. bonꝰ preſbyter ex-
titit et caſtus hic conſobrinum habuit nomine
Brunonem virum ſcientia et moribus appro-
batum hunc auunculum preſbyter bruno ſepiꝰ
deuote rogabat vt dicte parrochie curam ſuſci
peret et ipſe tam ſenex religionem intraret an-
nuit ille poſt multas preces inuitus tamen eo
ꝙ reginen tante parrochie formidaret. hic vt
obtinuit Bruno preſbyter religionem intrauit
⁊ cito ab hac vita poſt hoc migrauit differente
Brunone iuniore regimen attemptare. eo ꝙ ali
ud beneficium capellanie viginti marcarum in
caſtro teneret vicarium procurauit. Brunone
vna nocte iuniore in lecto quieſcente apparu-
it ei ſenex Bruno in cappa nigra iam defun-
ctus. et dixit ei. In grege commiſſo male te re-
gis. et pede ſciſſo claudus es inſpicio que pena
futura reduco hoc dicens. eleuauit cappā qua
indutus videbatur et ſe grauiter affligi demon-
ſtrauit. ad hoc Bruno expgefactus recolit viſi
onem atq; verſus ⁊ mox iterū reſoluit̄ in ſopo-
rem cui eadem ſcemate defunctus apparens di
xit. Tu pene cauſa requies ꝑ te mihi clauſa. ad
ire ſit vncibus ignis ⁊ eſca futuri. Et hoc dicēs
illi tormentum ignis oſtendit iterato. Cui ter-
tio apparens dixit ſoporato. Mundi delitijs ī-
terdum ſeria miſce. ⁊ his primitijs cape partes
ac reſipiſce. Ad cuiꝰ verba bruno reſurrexit et
flexis genibus ſe impleturum quod auūculo vi
uente promiſerat. nec mora cum ſplendore ni-
mio defunctus apparens manifeſte congau-
dens vouenti. letatus ſum inquit in his que di-
cta ſunt mihi in domum domini ibimus. et hoc
dixit in ſublimi. Et concludit Apiariꝰ. vide q̄n-
ti periculi ſit curam aiarū ſuſcipere ⁊ in manus

relinquere negligẽtis qđ in brunone ſeniore po
tes aduertere qui curam negligenter deſeruit ⁊
in brunone iuniore qui ſuſceptã alteri cõmiſit in
F curatã. Sed diceret aliquis. nunqđ poteſt pre-
ſbyter alium ſubſtituere curamq; ei cõmittere.
⁊ ſe ab ouibus ſuis abſentare? ad hoc reſpõdet
Bar. brix. dicens. ꝙ iura permittunt abſentiã
continue vel ad tempus. ſi ipſe ſua curã impen
ſis prouidet. ꝙ eccleſia decenter officiet et po-
pulus ſufficienter regatur ⁊ ipſe exemplum bo-
num populis oſtendat ⁊ interdũ per ſe ad locũ
accedat ⁊ de predictis certificet. ⁊ quandoq; ꝑ
ſe officium perſoluat ⁊ hoc quo ad forum con-
tentioſum videtur ſufficere ad ſalutem. Sed an
hoc ad forũ conſciẽtie ſufficiat? videtur certe ꝙ
non. quia ſi ſufficeret bruno ſenior propter ab-
ſentiam auunculi ſui punitus nõ fuiſſet. aut nec
a celeſti gaudio retardatꝰ eſſet. ideo addit Bar.
Tucius eſt vt continue ꝑ ſe faciet ⁊ apud oues
G ſuas reſideat. Quarti intrant in ouile ſancte ec-
cleſie per precũ oblationes. ⁊ he p̃ces ſi ſint car
nales ſimoniã cõmittunt. vt patet. j. q. j. Sunt
nõnulli. Quia tales ꝑ ſpũali obtinendo manus
a lingua offerunt. diſtinguũt tñ hic doc. vel ali-
quis porriget preces pro indigno. Si pro indigno
preces offeruntur. tam ille qui offert. ꝙ ille
etiam qui eos exaudit ſimoniã cõmittunt vt pa
tet. j. q. j. de ordinationibus. Si aũt preces por
rigantur pro digno non eſt ſimonia. vt. j. q. j.
latorem. poteſt tamen eſſe in intentione, quãdo
habetur reſpectus ad fauorem humanum, non
ad dignitatẽ perſone. vt extra de eta. ⁊ qua. or-
dinan. tuã. Sed diceret aliquis. Nũquid p̃ces
porrigens ꝑ ſeipſo peccat? rñdet Raymundus
ꝙ nõ poteſt petere eccleſiam vel beneficiũ hñs
curam animarũ quãtũcũq; ſit dignus. vt patet
j. q. j. ordinandos. Sed beneficiũ ſimplex ſi ſen
tit ſe eſſe dignũ petere poteſt abſq; metu ſimo-
nie. extra de ſimo. c. tua nos. cõcordat. Tho.
ij. ij. q. c. Et in. iiij. diſt. xxv. Et hoſti. Quidã tñ
dicunt ꝙ licet rogare etiam beneficium qđ ha-
bet curã animarũ ſi eſt dignus ⁊ indiget. ⁊ ſi nõ
indiget etiam ſi petit beneficiũ ſimplex peccat
ſm ſanctum Tho. vbi ſupra. Quinti intrant ꝑ
parentum collationes. vt ſunt illi quibus parẽ-
tes conferunt eccleſias a ſe fundatas, quod tñ
eſt inhibitum. extra de iure patro. Conſuluit ꝑ
Alexandrum. iij. vbi idem dicit. Patronatꝰ nõ
poteſt propria autoritate eccleſiam quã funda-
uit dare filio ſuo. nec filiꝰ põt occupare. ⁊ dicit
notanter propria autoritate. Põt tñ ſm Hoſti.
Pater filium vel nepotem preſentare dũmodo
ſit idoneus. quia potius videt̃ preſentandus ꝙ
aliꝰ. ar. extra de coha. cleri. ⁊ mu. c. j. Et extra
de cenſi. cum apoſtolus. §. inhibemus. Cõcor-
dant Innocen. Goffre. ⁊ Bern. Sexti intrãt in
ouile eccleſie per potentum intruſiones. Nam
ſunt nonnulli potentes ⁊ domini. qui interdum
per vim intrudunt ſuos familiares aut ſeruito-
res ad eccleſiaſticas dignitates ⁊ alijs illas au
ferunt qui in illis maius ius videntur ratiõe ele
ctionis obtinere. Et omnes iſti qui ſic intrant
ſunt fures ⁊ latrones. Fures ꝓ tanto. quia au-
ferunt eccleſiã vel aliud beneficiũ dño ſuo inuito
Sed latrones ſunt. q; vi auferũt. Et tales ha-
bent timere quod chore contigit. Numeri. xvj.
Qui ſuggeſſit datan ⁊ abyron vt ipſi haberent
principatũ ⁊ ipſe ipſorum poteſtate haberet ſa-
cerdotium. Sed terra eos abſorbuit cũ taber-
naculis eorum. Septimi ⁊ vltimi intrant ꝑ col- H
legiatorum electos. quia electus de iure cõmu-
ni ſpectat ad collegium etiam ſi duo vel tres fu
erint. vt extra de elec. c. j. Et. lxiij. diſt. Adria-
nus. Et qui ſic intrant in eccleſiam ſcãm intrãt
per hoſtiũ chriſtũ. ſicut ſcũs Matthias qui ꝑ
collegium apoſtolorũ in apoſtolum fuit electus
Act. j. Sic electus fuit Salomon q̃ dicit Sap.
ix. Tu me elegiſti regem pplo tuo ⁊ iudicẽ filio-
rum tuorum iſrael ⁊ filiarũ iuda. hic vt dic̃ Hol-
cot in lec. cxix. Informatur quilibet princeps ⁊
p̃latus circa ſtatum ſuum quattuor conſidera-
re. Primo ꝙ non ſit immiſſus per intruſionem
Sed vt vere poſſit dicere. Tu me elegiſti. For-
ma enim prelatorum eligendorum eſt ipſe chri-
ſtus in tribus. in ſua conceptione. in ſua natiui-
tate. ⁊ in ſua conuerſatione. Fuit enim ſpiritus-
ſancti conceptus operatione. natus ſine matris
corruptiõe. cõuerſatus fuit in mundo ſine ambi
tione qđ patet ex illo quãdo populus voluit eũ
in regẽ eligere fugit ille ⁊ rẽnuit rex fieri Joh.
vj. Isto modo qui debet ſtatum intrare prelatu
re debet concipi in mentibus electorum per ſpi
rituſſancti inſpirationem. debet naſci de matre
que eſt congregatio fidelium, debet preeſſe ſine
corruptione. ita ꝙ nec ſit corruptꝰ p̃ce vel p̃cio
vel blanditijs aut minis potentũ. debet etiã ele
ctus accipe ſtatũ ſine ambitiõe vt velit ſi poſſit
ex corde fugere ⁊ inuitꝰ obedire. Sꝫ timendũ ẽ
vt dicit Holcot vbi. ſ. ꝙ nõnulli hodie in ſcã ec
cleſia indebite ⁊ male q̃dã eligunt̃ ꝓpt̃ ꝑtiales
affectiões. q̃dã ꝓpter mundiales poſſeſſiões. ⁊
q̃dã ꝓpt̃ curiales inpoſitiões. Cõſiderãt non-
nulli electores nõ q̃s ſit melior vita, clarior ſcia,
⁊ celebrior fama. Nõ quis velit in beneficijs eẽ
vtilior et ſubuentionibus. quis velit ſuam vi-
tam amplius emendare. Sed quis velit crimi-
na magis diſſiꝑare. Cõſiderant alij q̃s eſt in re-
bus opulẽtior ſeu locupletior. in beneficijs pin
guior. in expenſis profuſior. in conuiuijs blan-
ditior. in ocioſaq; familia locupletior. Alij

conſiderant quis eſt regi aut regalibus perſo-
nis gratioꝛ ⁊ acceptioꝛ? Quis parentū nobili
tate generoſioꝛ? Quis mūdane vanitati abilioꝛ
⁊ vſitatioꝛ inuenit? Iſti nō eligūt ꝑ ſpm̄ſanctū
ſꝫ per ſpiritū ſuū nequā. Cōtra quos dicit. iiij.
Reg. x. Eligite melioꝛē ⁊ eū qui vobis placue-
rit de filijs dn̄i ⁊ ponite eū ſup ſoliū patris ſui.
Sed certe hoc iam non faciūt. ideo legit quēdā
dixiſſe regi Ludouico querēti. Cur nō fiūt mira
cula per epiſcopos ſicut olim? dn̄e inquit olim
fiebant electi ⁊ electoꝛes per ſpiritūſanctū cuiꝰ
eſt facere miracula modo faciunt ꝑ reges ⁊ pn̄-
I cipes qui miracula facere non poſſunt. Hic inci
dunt dubia. Primum an electoꝛes debeant eli-
gere potius litteratū ꝙ nobilem? rn̄det Holcot
lectiōe. lxxviij. Quāuis litteratura ſimpliciter
loquendo reddit hoīem magis idoneū ad pꝛo
motionem in eccleſia. In caſu tamen vbi nobili
tas fulcita eſt bonis moꝛibus plus poteſt expe-
dire eccleſie in reſiſtendo rebellibus ⁊ lupis in-
uadentibus ꝙ poſſit litteratura. ⁊ in hoc caſu
debet pꝛeponi nobilitas litterature. Secundū
dubium vtrum in electione magis debet pꝛefer
ri iuriſta ꝙ theologus in epiſcopatu? rn̄dit idē
ꝙ in collatione ep̄atus nō eſt acceptio pſonaꝝ
dimittere videlicet vnum theologum ⁊ ꝓmoue
re vnum bonum iuriſtam vel canoniſtam vbi ne
gocia eccleſie ſunt litigioſa vt ille ꝑ iura ſua de-
fendat meliꝰ eccleſie libertates. quāuis ſimpli-
citer loquendo theologia magis dignificet ho-
minem ad regimē animarum. Canones vͦo ho-
minem dignificant magis ad defenſionem deci
marum ⁊ exactionem earundem. Tertium du-
bium an electoꝛes teneantur eligere melioꝛem.
idem rn̄det diſtinguendo. aliter inquit ē loquen
dum de electione apud foꝛum iudiciale. ⁊ aliud
apud foꝛum conſcientie. Apud foꝛum publicū
non notat electio vitioſa ſi non eligat ſimplicit
melioꝛem. quia ſic omnis electio de facili pate-
retur calumniam. Et ideo ſufficit eligere bonū
ſm iura nec ad eligendum melioꝛem ſm iura ob
ligantur. eo ꝙ dicit decretalis vna. Sufficit eli
gere bonum nec neceſſe eſt eligere melioꝛē. De
hoc etiam habet de elec. in. c. cum nobis olim.
§. illius. Sed quātū ad cōſcientiā elegētis ne-
ceſſe eſt vt elegat illum quē reputat melioꝛem ⁊
aptioꝛem ad iſtam dignitatem. ⁊ ſm hoc loquit
K iſta autoꝛitas. iiij. Reg. x. eligite melioꝛē. Quar
tum dubium mouet Ariſto. ij. politi. An meliꝰ
ſit habere reges per electionē vel ꝑ hereditari-
am ſucceſſionem? Et arguit ꝙ nō ꝑ generationē
quia contingeret filium boni regis eſſe malum.
malus autem deſtrueret cōmunitatē. Si vͦo di-
catur ꝙ pꝛeuidens filium malū daret alteri re-
gnum qui eſſet bonus. dicit Ariſto. ꝙ eſſet icre-
dibile. imo difficile eſſet. et quaſi cōtra humanā
naturā. quia cū tradit regnū magis dilectio ⁊ fi
lius eſt quaſi alter ipſe neceſſariū videt ꝙ tra-
dat illud filio. hoc dubiū Ariſto. nō ſoluit. Sed
dicūt expoſitoꝛes ꝙ meliꝰ eſt ꝑ ſe loquēdo ſim-
plicit cōtinuare regnū ꝑ electionē qꝛ tūc ſꝑ pōt
vͦtuoſus in regē eligi. ideo refert ſoli. de mira.
mūdi. ꝙ apud cratiā in regis electiōe nobilitas
nō ꝓualet ſꝫ ſuffragia vniuerſoꝛū. ppl̄s eni ele-
git pꝛincipē moꝛibꝰ inueteratū ⁊ clementia et
annis grauē. Sꝫ hoc in eo querit ꝙ nulli ſint ei
liberi. Nā qui pater fuerit etiā ſi ſcꝫ vita polle-
at nō admittit ad regēdū. Et ſi foꝛte dū regnet
genuerit exuit ꝑtāte. ideoqꝫ maxime cuſtoditur
ne fiat hereditariū regnum. hec ille. Per hoc
vult ꝙ melius ſit habere reges ꝑ electionē ꝙ ꝑ
hereditariā ſucceſſionē. Attñ vt dicūt ꝑdicti ex
poſitoꝛes ꝑ accidēs meliꝰ eſt in caſu cōtinuare
regnū ꝑ generationis ſucceſſionē. Scdo ꝯſide-
rat ꝑlatꝰ q̄ eſt electꝰ vel pꝛinceps ꝙ nō ſit remiſ
ſus ꝑ diſſolutionē. Eſt eni ꝑlaciatā nomen one-
ris ꝙ honoꝛis. ideo tenet exemplū dare ſubdi-
tis. Moꝛalr̄ vt dicat cū gedeone illud Iudi. ix.
Quid me videritis facere facite. plꝰ eni mouēt
egregia facta pꝛincipū ꝙ iuſta imperia. debent
eni ꝓire ſubditos in bonis opibꝰ. qꝛ dr̄ de Saul
j. Reg. xij. Cōſtitui vobis regē. Et nūc rex gra-
ditur an̄ vos. Et dicit hic chꝛiſtꝰ de paſtoꝛe q̄ ꝑ
ipſum intrat in ouile ouiū. cum pꝛopꝛias oues
emiſerint ante eas vadit ⁊ oues eū ſequunt qꝛ
ſciunt vocem eius. Quid eſt enim an̄ eos ire ni-
ſi in bonis opibus ꝓcedere. In quibus inꝙ ope
ribus oues illum ſequuntur faciendo ſm opera
ipſoꝛum bona. Ideo pꝛecipitur cuilibet pꝛelato
extra de voto ⁊ vo. redē. c. Magne. Pꝛelatꝰ in
quit Inno. iij. debet facere illō qō expediat. qō
eni agitur a pꝛelatis a ſubditis facile trahit in
exemplū. Narrat sextꝰ Iulius ſtategramaton
li. iiij. c. v. de quodam duce qui dicebat Poſtiꝰ
hic cum interrogatus eſſet a militibꝰ quid impe
raret vt ſe imitarentur? rn̄ditqꝫ ꝙ nihil aliud fa
ceret niſi ꝙ accepto ſigno hoſtes pꝛiꝰ inuaderet
talis reſponſio debet eſſe pꝛelati vt poſſit dice-
re cū aplo. Imitatoꝛes mei eſtote frēs chariſſi-
mi ⁊ obſuate eos q̄ ita ambulāt ſicē habetis foꝛ-
mam nr̄am ad Phil. iij. Tertio cōſiderat ꝑlatꝰ L
ne ſit neglectoꝛ culpaꝝ inq̄rēdo diſcutiēdo pu-
niendo. ita vt ſubditi ſint ſibi obediētes. et hoc
vult hic dn̄s in euāgelio. Et oues vocē eiꝰ audi
unt. ⁊ oues ꝓpꝛias vocat noīatim. Ex illa enim
noīatione patet cognitio ſubditoꝛū q̄ valet ad
iuſte iudicādū. qꝛ dic Ariſto. v. ethi. Vnuſquiſ-
qꝫ ē bonꝰ iudex eoꝝ q̄ cognoſcit ⁊ ideo ad bonū
iudiciū requirit inquiſitio ⁊ cognitio ne homo
ꝓcedat ex mentis ſuſpicatiōibus ex vna parte.

et ex alia debet requirere ne mala ſurrepant et augmententur per defectum correptionis. Que enim crimina ſunt cognita continue ſi poſſibile eſt fiat correctio per iudicem qui debet eſſe iuſtum animatum. ſicut patet. v. Ethi. vt mens ſua bona ſit a iuſticia occupata. et ideo popul⁹ accedat ad iudicem ſicut ad iuſticiam animatā vt omnibus reddat quod iuſtum eſt. ideo inhibetur Eccl. vij. Noli querere fieri iudex niſi valeas virtute irrumpere iniquitates. ideo Hugo de. xij. abuſionibus. Tres ſunt ſpecies negligētie prelatorum. Quidam ſunt qui bene viuunt ꝛ ſubditos male viuere permittunt. Quidā enim male viuunt et ſubditos bñ viuere cogunt. Quidam vero male viuunt ꝛ ſubditos male viuere permittunt aut volunt. Qui autem bene viuūt et male viuere permittunt. Exemplo precedūt ſed non increpando delinquunt. licet enim bene viuant. neceſſe eſt tamen de grege ſibi cōmiſſo vt domino rationem reddant. Illi vero qui male viuunt et ſubditos viuere bene cogunt errantes reuocant. Sed rectos et fortes occidunt. reuocant verbis et exemplis occidunt. De tertia ſpecie non oportet facere mentioneꝫ hec Hugo. Quarto informatur prelatus ne ſit perſonarum acceptor. videlicet ne tantum diuites diligat. Sed ꝛ paupes foueat ꝛ paſcat. Jō dicit Bern. ſup Can. Diſcite ſubditorū matres vos eē nō dominos ſtudete magis amari debere ꝙ metui. Si interdum ſeueritate opus eſt paterna ſit, nō tyrannica, matres fouendo, patres corrigendo vos exhibentes, ſuſpendite verbera. producite vbera. pectora lacte pingueſcant, non cibo turgeſcant.

In feſto ſancte trinitatis Sermo. j.

Trinitati laus

perennis vnitati ſit decus perpetim. Ita canitur in matutinali officio reges terreni licet continue a ſuis principibus militibus ceteriſqꝫ ſuis ſubditis honorentur ꝛ lau-
M dentur ſicut et dignū ē. Juxta illud. j. Pet. ij. Regem honorificate. Tamen ſpecialem habēt diem in anno in quo ſolennitatem faciunt ſubditis ad quam non ſolum illos qui ſunt in curia ſua inuitāt. ſed vniuerſaliter omnes ꝛ ſingulos qui de ſuo exiſtant principatu. Sicut figuratuꝫ eſt de pharaone qui fecit ſolenne conuiuium pueris ſuis. in qua quideꝫ ſolennitate recordatus eſt magiſtri pincernarum ꝛ piſtorum. Alterum ſcꝫ pincernam reſtituit in officium vt ei vinum miniſtraret. alterum ſcilicet piſtorem in patibulum ſuſpendit. ꝛ a ſolennitate reprobat. vt patet Gen. xl. Spiritualiter rex celorum de⁹ omnipotēs trinitas benedicta et vnitas indiuiſa pater et filius et ſpirituſſanctus quāuis in omni tempore a principibus celeſtibus honorantur ꝛ laudantur cum cantat Eſa. vj. Sanct⁹ ſanctus. ſanct⁹ domin⁹ de⁹ ſabaoth. Et Johānes vidit hoc in Apoca. iij. c. ꝙ quattuor animalia non habebāt requiē die ac nocte dicētia. Sanctus ſanct⁹. ſanctus domin⁹ deus omnipotens ꝗ erat ꝛ qui eſt ꝛ qui venturus eſt. et idem vidit ꝙ vigintiquattuor ſeniores procedebant añ ſedem in throno ꝛ adorabant viuentem in ſecula ſeculorum et mittebant coronas ſuas añ thronum dicentes. Dignus es domine deus noſter accipere gloriam et honorem et virtutem. quia tu creaſti omnia et propter voluntatem tuam erant ſcilicet in diſpoſitione tua ab eterno. et creata ſunt. id eſt. producta ſunt in effectu. Et non ſolum iſte rex omnipotens honorat̄ a principibus et militibus ſupernis. Sed etiam a militibus terrenis quotidie laudatur cum canūt Gloria patri et filio et ſpirituiſancto. et licet omni tempore hoc ei ſicut valde dignum eſt exhibeatur. voluit tamen ſpeciale feſtum habere per annum in quo ſibi laus fieret ſpecialis. Nam feſtum trinitatis ſancte olim ab eccleſia non fiebat. Sed quia per ipſam multe hereſes ſuccreſcebāt. Ideo karolus chriſtianiſſimus īperator alcuinum magiſtrum ſuum rogauit vt hiſtoriam de ſancta trinitate componeret per quam errores eliminaret et fidem catholicam roboraret. Qua compoſita deo inſpirante ordinatum eſt vt feſtum illud ab eccleſia ſolenniter celebraret̄. propter qð quidā celebrāt illud in octaua pentecoſtes que octaua eſt principium dominicarum ſequentium ad demonſtrādum ꝙ ipſa beata trinitas eſt cauſa prima omnium creaturarum in eſſe productarum. Quidam vero celebrant hoc feſtum in vltima dominica que eſt ante aduentum domini. ad oſtēdendum ꝙ eſt finis omnium. Juxta illud Apo. j. Alpha et o. principium et finis. Illi autem qui celebrāt hoc feſtum in octaua pentecoſtes ſicut hodie bene faciunt. vt dicit Guilh. in rationale diuinoꝝ li. vj. Quia poſtꝙ celebramuſ feſtuꝫ patris i die natalis chriſti in qua dignatus eſt filium ſuum mittere in terris ex miſericordia magna et incarnari pro nobis. Et feſtum chriſti filij in die reſurrectionis. Feſtum autem ſpirituſſancti ſolennizamus in die pentecoſtes. in quo oſtendimus trinitatem perſonarum. Hodie vero ſolenniter agimus ſimul feſtum trium perſonarum. ad deſignandum eſſentie vnitatem. et hoc etiam deſignat eccleſia in his verbis que hodie decantauit